

DE VERA

CALENDARI ECCLESIASTICI SUPPUTATIONE,

Pro Paschate recte celebrando,

Tractatus brevis Bartholomaei caligarij, presbyteri patavini, ad Reuerendissimum in Christo patrem, D. D. Bernardinum, sanctae Romanae Ecclesiae, tituli sancti Matthei, presbyterum Cardinalem Tranensem dignissimum.

Maria, quae non

Optimam partem elegit sibi



auferetur ab ea in aeternum.

In coenobio sanctae Mariae Magdalenae per monialium poenitentium manus.

VENETIIS.

M D L V I I.

REVERENDISSIMO,

In Christo patri D. D. Bernardino, Sancte Romane Ecclesie tituli sancti Matthei presbytero Cardinali Tranensi dignissimo, Bartholomaeus caligarius presbyter patavinus.

S. P. D.



Quonia zelus domus dei comedie me. Reuerendissime pater, non possum hac ad te pauca no scribere, cogor enim hoc facere, tam amicorum suasionem frequenti, quae ecclesiae sancte Dei honore atque decore. Quantum naque hoc exopte, ut hi scilicet duo, calendarij ecclesiastici errores citius corrigantur ipse tu nosti, cum quo de his tollendis, dolens saepe locutus sum. Diffusius autem, anno proximo praeterito, quum in edibus Hieronymi nigri communis amici, optimi atque doctissimi uiri, tibi tunc in minoribus agenti, ac etiam alijs communibus amicis eruditissimis uiris, ex libello de his a me conscripto, cuncta inferius contenta, ardentius perlegi, Nepe memini, id tunc animaduerti, cuncta scilicet quae legebam, te caeteris attentius auscultasse,

A 2

DE ERRORE AEQUINOCTII.

Cap. I.



PRIMV S itaque error praefati
calendarij, in aequinoctij uernalis
assignatione, die scilicet uigesimo
primo mensis martij, maxime
consistit. Tempore namque con-
cilij primi Nicæni, ut tunc fuit in-
sta assignatio illa, ab ipso concilio facta (ut praefa-
ti asserunt authores) ita nunc apparet uerissime er-
ronea. Quem quidem errorem, diuturnitas anno-
rum, inde ad nos usque fluxorum, apertius dete-
xit. Concilium namque Nicænum primum, si-
mulque illa aequinoctij assignatio, anno domini tre-
centesimo uigesimo secundo facta fuerunt. Fluxe-
runt autem inde ad nostra usque tempora anni du-
centi triginta quatuor supra millesimum. Patres
etenim praefati concilij annum & menses Iulij ce-
saris, iustissimos esse credentes: in suis eos quibus
nunc utimur calendarijs conscripserunt. Sed quã-
uis hic Iulius consummatissimus mathematicus
esset, ipse tamen cum suis sibi adhibitis astrologis,
in anni solis cursus computatione, aliquantulum
errauit. Qui error tunc temporis adeo subtilis, et
ad ipsum cõprehendendum quasi insensibilis fuit,

